

SESSION 2026

LANGUE ET CULTURE ANCIENNE

Version latine

Version grecque

DURÉE : 4 heures

L'usage de la calculatrice n'est pas autorisé

Le choix entre version latine et version grecque a été **irréversiblement** fixé au moment de l'inscription.

Tournez la page S.V.P.

VERSION LATINE

Rencontre entre Alexandre le Grand et la reine des Amazones

Erat, ut supra dictum est, Hyrcaniae finitima gens Amazonum, circa Thermodonta amnem Themiscyrae incolentium campos. Reginam habebant Thalestrin, omnibus inter Caucasum montem et Phasin amnem imperitantem. Haec cupidine uisendi regis accensa finibus regni sui excessit et, cum haud procul abesset, praemisit indicantes uenisse reginam adeundi eius cognoscendique auidam. Protinus facta potestate ueniendi, ceteris iussis subsistere trecentis feminarum comitata processit, atque, ut primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiluit duas lanceas dextera praeferens. Vestis non toto Amazonum corpori obducitur : nam laeua pars ad pectus est nuda, cetera deinde uelantur. Nec tamen sinus uestis, quem nodo colligunt, infra genua descendit. Altera papilla intacta seruatur, qua muliebris sexus liberos alant : aduritur dextera, ut arcus facilius intendant et tela uibrent. Interrito uultu regem Thalestris intuebatur, habitum eius haudquaquam rerum famae parem oculis perlustrans : quippe omnibus Barbaris in corporum maiestate ueneratio est, magnorumque operum non alios capaces putant quam quos eximia specie donare natura dignata est. Ceterum interrogata num aliquid petere uellet, haud dubitauit fateri ad communicandos cum rege liberos se uenisse, dignam, ex qua ipse regni generaret heredes ; feminini sexus se retenturam, marem reddituram patri. Alexander, an cum ipso militare uellet, interrogat : et illa causata sine custode regnum reliquisse petere perseuerabat ne se inritam spei pateretur abire. Acrior ad uenerem feminae cupido quam regis ; ac, ut paucos dies subsisteret, perpulit : XIII dies in obsequium desiderii eius absumpti sunt. Tum illa regnum suum, rex Parthiinen petiuerunt.

QUINTE-CURCE

VERSION GRECQUE

La fin d'Œdipe

Œdipe, comprenant, au fracas du tonnerre de Zeus, que sa fin est toute proche, fait ses adieux à ses filles et les confie à Thésée, roi d'Athènes, qui l'a accueilli alors qu'il était rejeté de tous. Un messager fait le récit de ce moment.

« ἼΩ τέκνα,

οὐκ ἔστ' ἔθ' ὑμῖν τῆδ' ἐν ἡμέρα πατήρ.

Ὅλωλε γὰρ δὴ πάντα τὰμά, κούκέτι

τὴν δυσπρόνητον ἔξετ' ἀμφ' ἐμοὶ τροφήν·

5 σκληρὰν μὲν, οἶδα, παῖδες· ἀλλ' ἐν γὰρ μόνον

τὰ πάντα λύει ταῦτ' ἔπος μοχθήματα.

Τὸ γὰρ φιλεῖν οὐκ ἔστιν ἐξ ὄτου πλέον

ἢ τοῦδε τάνδρὸς ἔσχεθ', οὗ τητώμεναι

τὸ λοιπὸν ἤδη τοῦ βίου διάξετον¹. »

10 Τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι

λύγδην ἔκλαιον πάντες· ὡς δὲ πρὸς τέλος

γῶων ἀφίκοντ' οὐδ' ἔτ' ὠρώρει βοή,

ἦν μὲν σιωπή, φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς

θῶϋξεν αὐτόν, ὥστε πάντας ὀρθίας

15 στήσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας.

Καλεῖ γὰρ αὐτὸν πολλὰ πολλαχῆ θεός·

« ἼΩ οὔτος οὔτος, Οἰδίπους, τί μέλλομεν

χωρεῖν ; πάλαι δὴ τὰπὸ σοῦ βραδύνεται. »

Ὁ δ' ὡς ἐπήσθητ' ἐκ θεοῦ καλούμενος,

20 αὐδᾶ μολεῖν οἱ γῆς ἄνακτα Θησέα.

Κάπει προσῆλθεν, εἶπεν· « ἼΩ φίλον κάρα,

δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ὀρκίαν τέκνοις,

ὕμεις τε, παῖδες, τῷδε. »

SOPHOCLE

¹ διάξετον est un verbe au duel.

